8. 1623

Illme

Dne Vicine et amice colende

Supplicibus literis, Nobis exposuit subditus noster, civis et Mercator Berlinensis, Johannes hos ear Debinner, quod cum ante aliquot menses, distrahendarum gemmarum causa (: eo mercimonij genere vicitat :) in Sueciam trajecisset, et rebus ibi confectis per Poloniam cum alijs mercatoribus, ad suos redire destinasset, iamq; ad ij miliaria ultra Dantiscum Germaniam versus in Illmae Domnis Vrae ditionem pervenisset, missis ab Illma Domne Vrae tredecim equitibus Polonicis, inopinato plane, citraq; ullam suam culpam aut meritum, per vim ex itinere retractus, et additis atrocissimi delicti contumelijs, quasi Proditor Regni Poloniae unà cum reliquis viae comitibus in carcerem compactus sit.

Nec substitisse hic injuriam sed insuper detracta sibi, quin imo discissa indumenta, reclusas omnes arculas apertas capsulas denique, ademtas literas, quas Illma soror nostra Catharina Marchionissa Brandenburgica, adhuc innupta nobis exhibendas in Suecia tradidisset. Deinde

Från oplacerade Extranea 1939

Till Jan Weiher, palatin i Kulm från Georg Wilhelm, 1623

humillime, ut partes nostras apud Ill.mam
Dom.m V.ram interponeremus, quo non
tantum ipse, cum Sociis itineris, citra
moram, ex carcere dimitti, Verum etiam
delatorem suum quicunque is fuerit, no-
mine eius indicato, compertum habere
posset. Sane, per quam moleste atque
aegre ferimus, Viros honestos, subditos
S. Rom. Imperii, et nostros, tam gravi
affectos esse iniuria, atque hoc ipso facto
ius gentium publicum et peculiare
vicinitatis communem, denique commer-
ciorum libertatem, haud leviter vio-
lata consemus, Maxime vero Nobis
dolet, repertos esse, qui fidem nostram
S.ae R.ae M.ti Regnoque Poloniae debitam
tam ignominiosa persecutione, et li-
terarum ad Nos, a sorore nostra per-
scriptarum contrectatione in dubium
ausi sint adducere,

Itaque annuentes iustiss.ae subditi nostri pe-
titioni, et simul pro honoris et iuris nostri
defensione vigilantes facere non potuimus,
quin has literas nras ad Ill.mam Dom.nem
V.ram destinaremus, quibus ante omnia
amice postulamus, Eos nobis homines
quorum instincta, ac delatione, res
ista, sic gesta est, nominari.

Deinde quoniam Ill.ma Dom.ni V.ae captiv

vocum innocentia vel ex ipsa rerum omni-
um perscrutatione, dubio procul, satis jam
erit cognita, simul illud flagitamus
ut Illmae Domnes Vrae praefatum sub-
ditum nostrum, cum comitibus facta
prius rerum omnium restitutione,
refusisque omnibus expensis ac damnis, e
vestigio liberum dimitti praecipiat.
salva injuriae legitima vindicatione.
Quod ita futurum de Illma Domne
Vra plenissime Nobis pollicemur
eidemque ad accepta vicinitatis
officia, studiosissime parati sumus
Dab. Coloniae 3. Decemb. 1623.

Georg Wilhelmus etc.
Elector etc.

Ad
Palatinum Culmensem
Dn Johannem Wejer etc.